Quis unquam[i] tribunum accusabit[j] ignavie, qui se primum coniecit[k] in vincula et pro milite postmodum obtulit[l] feriendum? Quod[m] si postmodum[n] cessit iniurie et tanquam fugiens, ut[o] a[p] sanctorum sanguine[q] et civium strage iam iamque vibrantis aciem dextere[r][82] revocaret, vel ad horam his[s], que[t] rogabantur[u], assensit[v] et tanquam datis induciis[w] et federe collato[x], donec urbis restrueret muros[y], machinas collocaret, convocaret[z] exercitum, anticiparet angustias, acies ordinaret, ictus suspendit in aere[83] ferientis, quid prudentius, quid cautius ducis industria facere posset[84]? Quis imprudentie[a] condempnabit, qui[b] sic hostium cuneos exarmavit, sic revocavit ad propria, ut ab his, quos acceperat, vel minimus non periret? Nunquid[c] David rex[d] ille sanctissimus[85] et robustissimus preliator, ut non[e] urbis sancte[f] menia civium sanguine prophanaret, persequentis filii rabiem fugit[g][86]? Exprobrantium[h] equanimiter iniurias[i] ferens domo Iuda et fortibus Israel postmodum convocatis[j] ipsum simul et complices eius[k] acerbius fudit[l]. Impetus sane properat[m] et[n] non statim pervenit ad coronam. Inpatientia[o] mox[p]

---

i) inquam *P²* j) accusabit: accusavit *Beaugendre Sackur, fehlt S* k) primum coniecit: iecit *P²* l) obtulit postmodum *d'Achery* m) Qui *Sackur* n) post modicum *D P² S* o) ut: *fehlt P²* p) ad *P¹* q) sanguine: et sanguine (et *vielleicht expungiert) P¹* r) dextre *P¹ d'Achery* s) his: iis *D,* in *S* t) qui *P²* u) rogabatur *D* v) asseruit *Beaugendre* w) indutiis *G,* iudiciis *S,* iuditiis *P²* x) collocato *(am Rande:* f. collato*) Beaugendre* y) restitueret muros *P² Po Sackur,* muros restitueret *Beaugendre,* instrueret muros *P¹ d'Achery* z) convocaret: et vocaret *P²* a) imprudentie: imprudentia *korrigiert aus* intuentia *P¹ von anderer Hand,* prudentiam *d'Achery* b) quin *P¹,* quando *d'Achery* c) Nunquid: Numquid non *Beaugendre Sackur* d) Rex David *Beaugendre* e) ut non: *G,* non ut *D P¹ P² Po S,* ne *d'Achery Beaugendre Sackur* f) sanctissime *Po* g) fugit: *vielleicht korrigiert aus* fugat *D* h) Exprobantium *(?) P¹,* explorantium *d'Achery,* Exprobarantium *D* i) iniurias aequanimiter *Beaugendre* j) postmodum convocatis: convocatis post domum *P²* k) eius: *fehlt d'Achery* l) fudit: *korrigiert aus* fidit *D,* fugit *S* m) prosperat *P¹ d'Achery* n) at *Beaugendre Sackur* o) Impatientia *S,* In patientia *G,* In pacientia *P¹ P²* p) maxime *D*

---

82) *Zu* vibrantis … dextere *vgl. neben anderen Epikern Waltharius 741.*

83) *Vgl. Prud. cath. 7, 99* suspendit ictum *und Ven. Fort. Mart. I 266* suspendit in aere lapsum *(sc.* arbor*).*

84) *Vgl. auch die Diskussion klugen Taktierens bei Greg.M. moral. XXXI 28, 58-60 (CC 143B, S. 1592 f.).*

85) rex ille sanctissimus: *vgl. etwa Cassiod. in ps. 50, 14 (CC 97, S. 463).*

86) *Zur Sache vgl. 2. Reg. 15, 14 – 18, 33: Flucht Davids vor Absalom und sein späterer Sieg.*